



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ulrichi Hvtteni Eqvitis Germani Opera Poetica

Hutten, Ulrich von

[Frankfurt am Main], 1538

VD16 H 6395

Ulrich De Hvttten, Eqvitis Germani, De arte uersificatoria Carmen Heroicum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13027

VERSIFICANDI.

At si quid turpe est, medioq; inamabile uulgo,
Dedecet, & magnis officit ingenijs.

VL RICH I D E H V T

TEN, EQVITIS GERMANI, DE
arte uersificatoria Carmen Heroicum.

Quis modus, & quæ sint seruâdo in carmine leges,
Et quo quæq; suum distendat syllaba tempus,
Littera quas uires habeat, quoq; ordine mutet,
Omnia discutiam paucis, huc læta iuuentus
Verte animi uotum, sitibundasq; imbue fauces.
Non, quia præterea scriptum nihil utile dicam,
Sed, quia munus habes, animo gratante profectum,
Improbet ista licet, cui mentem insana libido
Carpendi studio uexat, mihi fama trahatur,
Inq; dies mihi perstet honos, mihi gloria surgat,
Qui uelit inuideat, seq; hoc moerore fatiget.

Bedentia
tie capta
tio.

Littera apud Latios isto discrimine fertur
Vocalis Criticos, quod uoces integra reddat,
Tales quinq; putant, y Græca exinde retracta.
Consona, quod uoces nil mutans adiuuat ipsas,
In se nulla tamen, nisi uo cibus addita rectis.
Harum aliqua nobis uanos referuntur ad usus,
Quæ sint, discite breui, quibus e non assonat ipsis.
Otamen u iunctum stat in usu crebrius illo,
Ut sequor, ut quoniã, uetus est scripsisse calendæ.
Et nota nonnullis uenit aspiratio uerbis,

Litteræ
Vocales.

Consonan
tes.

Hæc

DE ARTE

- Non tamen iccirco, quo possit litera dici.
 Adde, quòd in uersu cadit hæc, & nulla putatur,
 Nec te conturbet, si obiecerit unus & alter,
 Posthabita coluisse Samo, hic illius arma,
 Non ego confirmo, quo quisquam est rarior usus.
- X.** X dupla est, ueteres (breuitas cum forè iuuaret)
 Pro (gregis hoc monstrat) iunctis scripsere duabus,
- Z.** Dumtaxat Græcis Z est data littera uerbis.
 Quæ super has restant, dabis illis littera nomen.
- Mutæ.** Consona uel muta est, quoniam malè uocibus astat,
Semiuocalis. Inq; e finitur, uel (quæ plus consonat istis)
lis. Semisona, incipiens e, dum se terminat ipsam.
- F.** F tamen (ut muta est) nihil hac ratione tenetur,
Priscia. Nanq; potestatem non mutat spiritus ulli.
 Quid? quòd habet mutæ uim totam, & cõuenit ante
- Vocales la** Mobilibus liquidis, sic flauus, sic fremo profers,
tine anti- Omnis in hoc numero uocalis ponitur anceps,
pites. Non ut apud Graios, ubi stricto iure tenentur.
 Nulla unquam tenuit uocales syllaba binas,
 Ni coëant simul, & diphthongi nomine quadrentur.
- Diphthongi** Quatuor ista modis fieri connectio sueta est.
gi quatuor Aulæ erit exemplum, foelix, atq; curus in illa.
- Ei.** Quinta ferè excoluit pacto diphthongus eodem.
- Virgil. Ae** Scribe graueis tamen hac, tentabunt pabula foetas
glo. Quisquis ab antiquis scribendi congeris usum,
I & u con I solet uq; simul natiuam amittere uocem,
sonantes. Consona facta. Iouis, Venus hoc ostendere possunt,
 Vtraq; conuerti facilis, retroq; referri.

VERSIFICANDI.

Troia, gaza uelut, Troiæ qui primus ab oris,
Et uerbum soluo, dux longa pace solutus,
Sic uicibus mutantur, & in sua iura recedunt.

I quoq; ubi posita est uocales inter, utrinq;
Fit dupla, & crassas extendit murmure uoces.

Caius ut est, tamen hanc uoluit geminare uetustas.

V quandoq; sono manca est, uimq; exuit omnem,
Ni liquidam dicas, quoniam resolubilis extat.

Suauis ibi quercusq; dabunt documenta, uel anguis.

Quasdam etiam dici liquidas uoluerunt Latini,
Mollior ijs sonus est, & qui persæpe liquefeat.

Quin, posita ad mutas, uocalem (quæ præit antè)

Si breuis est alias, communem incedere cogunt.

Sic aper exit apri, tenebræ sic, siue tenebræ.

Syllaba dispositis surgit compacta lituris.

Subditur huic tempus, nam si qua est longa duorum

Temporis unius breuis est, ita syllaba constat,

Quanta sit, & iunctas signant fastiga uoces.

Quæcunq; est inter primam uerbiq; supremam,

Hanc mediam dicunt, medias ita dictio plures

Continet una simul, quæ lege tenentur eadem.

Quæ uenit ante aliam uocalis, corripitur.

Sic uia, sic deus est, fio producitur, usq;

Dum subit r uoci, fierem, fieriq; notando.

Omnibus est anceps genitiuis syllaba in ius.

Casibus in quintæ, quando i subscribitur, extat

Et longum, choream, plateam communiter effer.

Diphthongus longa est. Mora fit, si fortè sequatur

Virgili. v.

Æneid.

Lucan. v.

Donat. v.

nō litera.

Liquide

L & R.

Syllaba.

Tempus.

Triplices

syllabæ.

Vocalis

ante uoca-

lem.

Genitiui

ius.

Casus i ci.

Diphthō.

DE ARTE

- Positio.** Consona uocalem duplex, ita piscis & axis,
Vocalem longant, ita nox, ita maius habentur.
Sto, sero, scindo, bibo, do, findo, collige raptim
- Præterita
dissyllaba.** Præterita in primis, alias dissyllaba produc.
Sumis itum, lector queo, cum sero, stoq; sinoq;
- Supina
dissyllaba.** Et lino, cunq; citum, tuo, do, reor, omne duarum
Tende supinum alias, & ab hoc quæcunq; creatur.
Huc tamen accitus, staturus, longa notabis.
Ambitusq; simul, quibus excitus sociatur.
In reliquis præsens hæc tēpora cuncta sequuntur,
Sic colo dat colui, sic uerbum amo format amai,
Tolle tamen potui, genui, ex illis posuiq;
- Præteritū
ad præ
sens.** Præteriti geminata breuis stat syllaba semper.
A, præ, se, de, pro, simul e, di, longa reponas
Compositis, dirimo tamen hinc, & tolle disertus:
Ad, sub, ab, inq; per, ob, re, bi, bis contraria sunt
Ni positu longæ fiant, biga excipe tantum.
Omne suã sequitur, qua fluxit origine, uerbum.
Sic scriba à scribo, nomen fit mobile uerbo.
Sunt breuia ista tamen, deducta ab origine longa,
Et manus, & titulus, fragor & fragilis, duce arista,
Cum sopor, atq; farina, lucerna, disertus, offella,
Adde dicax, stabilisq; sagax, odiumq; mamilla,
Et lotium & fatuus, siquidemq; curulis, acerbus,
Iuge femur, uada, aquæ, noto, cū quater adde quater
Cūq; fides, uitiumq; uiri, nato, arena, tigillus, (nus,
Quodq; abit ex signo, ligulamq; bubulcus, aceruus,
Et stabulum, uaricosus, anus, coma, iunge numisma,

VERSIFICANDI.

Huc domus, huc oculus, huc confers lector omasum,

Deducta à breuibus, sic producenda notantur

Regula, iucundus, staturus, secula, uomer,

Vitupero, remus, tum casus, iunior, humor,

Tegulaq; humanus, legis, laternaq; rapum,

Casus, & totus, uocis, iumenta; regis,

Viginti, binus, denus, trinus, quoq; nonus,

Iugera, uena, quibus sedes, & macero, petus,

Serius, & nequam, feralis, sumina, uires,

Vociferor, fomes, ceritus, secius adde.

Non ego cuncta meo, lector quærenda labore

Esse puto, restabit enim, uentura quod ætas

Quærat, & ut studio quisquam se exerceat illo,

A quo deflexum recto, reducitur isthuc.

Sic lego fit legerem, legi legisse parabit.

Præteritum sua nanq; tenet, sua tempora præsens,

Ipsa suum simplex coeuntia iure sequuntur.

Quod si fortè tibi primaria syllaba uerbi

Simplicis ignota est, te compositura docebit,

Ponere præpono notat, & conducere duco.

Sæpe per accennum, quanta est, te syllaba fallit.

Corporibus dicens, po negaret (ut est) breue quisquã,

Sed tu protuleris modo corporis, illico nosces,

Nam numerus uerbo nimium si excreuerit ulli,

In breuius redige, aut alia hoc ope nitere lector.

Fit breue compositum persæpe ex simplice lōgo,

Agnitus hoc monstrat, cū pronuba, & innuba, lector

Deierat à uiro, sic infio, suffio cedunt.

A breui-
bus pro-
ducta.

De decli-
nationib.

Cōposito

De accen-
tibus cau-
tio.

De cont-
positis.

Se-

DE ARTE

- Gemina-
tio syllabæ** Sæpe aliquam doctis placuit geminare poëtis.
Reliquiæ uelut, & redduco, relligioq;.
- In medio
compositi** I breuis in medio est, uelut armiger, excipis inde.
Qualicunq; & ubiq; tamen, nec perstat ibidem,
Quanticunq; etiam pleriq; tibicen, utriq;.
- De decli-
nationib.** Hic, ubi se rectus reliquis in casibus auget,
A longum, eiq; scies, simul o, sic profer earum,
Musarum, quorum, dominorum, sicq; dierum
V breuis iq; manet, uerubus, graubusq; notabunt;
- De crescē-
tius casuū.** Alis ut in neutro producitur, adijce naris,
Omnibus ar neutris, cum mascula corripiantur,
Sed iubar & nectar, uel epar, salis, excipe ab illis.
- As.** Præter anas, producis ab as, ubi casus abundat,
Sic pietas pietatis habet, sed adis breue perstat.
- An. ax.** An longum, sed & ax, profertur casibus istis.
Dropacis hinc, facis, atq; abacis, corax tamen aufer.
- El. en. es.** El, en, es, tendis, paries, aries, seges, & pes,
Et teges, & teres, atq; abies, & præpes, hebesq;
Interpresq; Ceres, quibus omnibus est breuis usus.
In quoq; producunt, delphinis ut, & salaminis.
- Er.** Er breue comperies, uer lege excedit ab illa,
Et quibus ad Latios, eris transfertur ab iris.
Ut Panther, Crater: secus est, ubi dixeris aër.
- Is.** Is breuiter crescit, longo monosyllaba sine,
A lapis ut lapidis, sic lis fit mobile litis.
- Ex.** Ni gregis exciperes, ex longum (ut regis) haberes.
Ni etiam (ut silicis) mutetur litera uoci.
- Ix.** Adiectiua per ix, nec non muliebria tende.

VERSIFICANDI.

Præter onix, histrix, pix, nix, natrixq; salixq;
 Coxendixq; filix, laricis, stygis & strigis adde.
 Mascula præterea producta sequentia mastyx,
 Phœnicis, Bombix, Ceix, Spadix, Sandixq;
 Dæmonis o breuiat, præter penè hoc, legis onis. Onis.
 Fœmina, mas, commune, simul non propria, produc
 Or quibus accrescit, deme indecor, & memor, arbor. Or.
 Rhetoris, o breuis est neutris proprijsque nolatis.
 Si quod ab u recti creuit, breuiabit o semper. Usuris.
 Sic pecus hoc pecoris, sic est ebur, & breue corpus, Obs, ops.
 Obs scrobis, ops inopis, paucissima corripientur.
 Cappadocis præter, bouis & crescentia præcox. Ox.
 Longum erit os, simul ox, sic moris, sic lege uocis.
 Utis ab us crescens, nec non producitur udis. Us utis.
 Dictio in ux patrio longa est, monosyllaba præter,
 Lux tamen hinc demis. Sed in ur correpta manebūt, Vr.
 Ut ligur, ut turtur, sine fur tamen esse seorsum.
 Est etiam, ut uideas, quo crescant uerba tenore,
 Dum legeris profers, & dum tu deinde legeris. De excre
 Dum sequerer, sequereris ais, multum inter in illo est. scētis uer
 Ibrenis in terna est, quarta hanc inflexio profert. borum.
 Sic legimus dicunt uulgo, sic deinde perimus. Iui præte
 At ui præteritum semper productilis est uox. ritum.
 Audiui exemplo est, quæsiui, & lector amari.
 Longa uelim simq; i faciunt, sic uerte uelimus.
 Passim alibi breuis est cremenis ista secundis.
 O semper longum est, breuis u crescentibus astat.
 Possumus ut dicas, legitote, & talia cuncta,

Vla

DE ARTE

**De ulti-
mis sylla-
bis.** Ultima dicendum est, quanta extet syllaba uocē
Cui libet, in primis, mediisque uagabere passim,
Multa legens, nam quis diffusam comperiet remē
Inq; nouas leges coget? probus autor in illo
Sudari frustra putat, haud ego murmure longo
Sustineo quenquā, placet omnia dicere paucis,
(Quae rata sint) uerbis, & te breuitate iuare,
Quae uelit haec scribat, longoq; accepta labore
Colligat, & multis dociles sermonibus aures
Turbet, ubi tamen hanc nunquam satis explicet artē,

**De decli-
nationib.
breuiter.** Ordinibus cunctis genitiuus longus habetur,
Is breuis est ternae, prolixum pone datiuum,
Pone ablatiuum, sed ē tertius excipit ordo,
Plurali rectus, cunq; accusante, uocator,
Longus erit, quanquā est neutris breuis omnib. usus
Casibus is longum est, sed bus breuē pone duobus.

Quod semel exposui generali candide dicto,
Iam satis est lector, neq; enim per longa morabor.

A. A fini longum est, sed casus corripit illud,
Præter ablatiuum, Graioq; ex nomine quintum.
Ultra, ita, uel quia, cum frustra, puta mixta leguntur,
Longa tamen crebrò, ginta communiter exit,
Qui finit numerus, breue quadringenta manebit,
Et si quod simile est, toties haec regula fallit.

E. E breuis est, Graecis muliebria longa feruntur.
Sic quæ o finito ueniunt aduerbia casu
Deducta, ut pulchrè, longoq; e uerba secunda.
Cum quare produc, fermeq; fereq; fameq;

E

VERSIFICANDI.

Et monosyllaba, sed ne breuis, dū connotat, an sit.

Nunc sunt longa, uale, caue, nunc correpta legūtur.

Quintus at in Græco, cum sexto longus habetur.

Dic bene, dic malè, & huc generalia congere dicta.

Partim ita longa uides aduerbia raptaq; partim.

I produc, pari corripitur, similesq; cadentes,

I.

Phillidi non secus est tibi, cum mihi, ubiq; sibiq;

Et nisi, deinde quasi, uel ibi, communia sunt.

O uaria est cunctis, sed eunt monosyllaba longè,

O.

Ponis in hanc etiam, cœu uero, aduerbia normant,

Matuo, crebro, cito, sero, sedulo in ancipiti usu.

Illico contrahitur, semper modo corripietur.

V longum est, nihil hinc demis, sic collige cornus.

V.

In b d & m t breues cunctos posuisse uidemus,

B, d, m, t.

Sæpe tamen miror t produxisse poetas.

Naso refert, cum uoce abiit, ego, Iunius inquit,

Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.

Sine licet doctis, siue hoc ita syncopa poscit.

C quib. est, produc: nec erit breue, lac breue, donec

C.

Hic uarium est casu, sed fac, qui corripis, audes

Nescio quid dubium, legitur tamen haud semel illud.

L breuiter pones, nil, sol, si exceperis inde.

L.

Omnia in n tendis: sume hoc ex ordine forsân,

N.

Et tamen, ex in, & in, uiden, an, crescēsq; secundo

In casu nomen, sic pecten pectinis auget

Cum syren, capis hinc hymen, productus in in stat

Rectus, in in quartus breuis est, ita tygrim habebis.

R correpta uenit, crater, ætherq; character.

R.

CHT

DE ARTE

Cur & iber, pantherq; stater, producitur & fur,
 Aer, nar, uer, parq; & ab hoc fit mobile si quod.
 Adde illis lar, farq; simul, cor (ut ingeris) aptum est
 Versib. an tamē huc (dubiū est) dolor et simile addat

As. Omnibus as longū est, secus est, ubi lapidas inquis
 Pallas & arca, & in Graiis, quæ talia multis.

Es. Es longum uates posuere, ubi patrius auget
 Se breuiter casus, niles uelut est, breuiatur.
 Inquies, es uerbum, penes & pluralia Græca,
 Ast aries, paries, abies lege, longa Ceresque.
 Resq; fides, & spes, cum pes, bipes inde tamen sit.

Is. Is breuia, trahimus, sicubi genitiuus abundat
 Cum longa, ut samnis samnitis, iunge secundam
 Personam uerbi, cui declinatio quarta est.
 Cum sis, cunq; uelis, uis & monosyllaba cuncta,
 Præter, is & quis, mis, bis, tis, quæ contrahis usit.

Os. Protrahit os finem, sed cui genitiuus os ossis
 Additur, excipimus, sed Græcus in os breuis extat
 Patrius, & neutri rectus, muliebreq; nomen.

Vs. Corripiemus in us, quæ sunt monosyllaba præter,
 Et quibus extensum est casus finale secundi.
 Sic lego uirtutis, telluris siue paludis.

Nihil rā = Certē ego, quod ueniat palus in mea carmina, nolim.
tum imi = Placcus ut est usus uates, nam quæ unus & alter
tandum. Auctor habet, quis in hunc nisi crassa fortē Minerua
 Ingenijq; inopis, sine testibus, incidat usum?

Hæc, ut in admissam concedat syllaba uocem,
 Tradidimus breuiter, quod si tibi noster in istis

Anto

VERSIFICANDI.

Angustus nimis est labor, atq; hac deficiis arte,
Vltiora potes studioso acquirere nisu.

Syllaba facta pedes facit, & pede carmina cōstāt,
Longa sequuta breuem, spartanum gignit iambum.

Huic contra, ex longa ponere breuiq; Trochee.

Pirthe celer breuibus, longis Spondees duabus

Ite pedes, longam correptis Dactyle binis

Antefer, at contra uolat Anidactylus illi.

Tot uolucer breuibus Tribraachus, longisq; molossus

Nacta utrinq; duas breuis est ubi syllaba longas,

Creticus efficitur. Scolius contrarius illi.

Ante breuis longas Bacchius, contrait autem

(Vt uersura docet) Palymbacchius eidem.

Sunt, quibus accedit (potes hoc inquirere lector)

Syllaba quarta pedes, immensum est omnia dici.

Miscueris tenuem, si quando ad carmen Homeri,

Penhametrum, numeris dabit his elegia nomen.

Exiguos elegos pedibus constare duobus,

Maxima pars uatum sentit, da Dactylon illis,

Spondeumq; grauem, nihil hoc in carmine iuris

Alter habet, cunctis est ultima uersibus anceps.

Ponis in Heroo semper promiscue utrunq;

Ius tamen in quinta est (nam sex regionibus illud

Diuidimus carmen) soli tibi Dactyle perstat.

Spondeus sextum sibi pes uice quaerit eadem.

Sape tamen quintam in uersu pes occupat idem.

Chara deum soboles, magnum Iouis incrementum,

Alter in alterius, quoniam resolubilis extat.

T

De pedi-
bus.

Disyllabi

Trisyllabi

Tetrasylla
bi.

De Elegia
co carmie
De scansi-
one Hero
ici.

Spondai-
cum.

- Hipernee** Tempora. Sunt etiam, quibus ultima syllaba abundat,
 ter. Principio alterius connectit hypermeter illam.
- Pedum re** Omne adeo genus in terris hominumq; ferarumq;
 solutio Et genus equoreum, sed quod legis ariete crebro,
 pulchra. Hoc Proceleumaticum pedibus docei addier istis,
 F. Quinti Disce, quod angustis haerere in legibus amplis
 lianus. Non deceat uates, magna est in carmine uirtus,
 Varietas Sæpe noui quicquam uenia committere honesta,
 in carmine. Quod uarium mentes lectorum ducat, & aures.
 Fluuiorum rex Eridanus, Maro dicere posset.
- De scansi** **P**enthametrum in partes doceo disponere binas,
 one Pen- Prima duos miscere pedes solet, huncq; uel illud
 thometri. Continet, ut libitum est, dehinc ultima syllaba restat,
 Dactylus inde duplex, parti solet esse secunda,
 Syllabaq; ad finem, quæ sic collata priori,
 Iure pedis quinti numerum hoc in carmine cõplet.
- Obserran** Tu quoq; qui uersus in partes digeris ipsos,
 da in scan Disce modum, ne u te mandatis subtrahere nostris.
 sione. Contigerit uocis si quando in fine prioris
 Vocalem poni, sicq; inceptare sequentem,
- Synalep-** Prima cadit, fiet Synalephe, sic cadit ante
 phe. (Fiat ut Eclipsis) in litera, monstrat utrunq;
 Eclipsis. Littora multum ille & terris iactatus ab alto.
 Hanc tamen aduersus potuit Maro dicere legem,
- Exempla** Insulae Ionio, sic deinde sub Ilio alto.
 cõtraria. Sæpe etiam ut longæ maneant, mirabimur illas.
 Hæc Helenum cecinisse penatigero Æneæ
 Naso tulit uates, sic Ionio immenso,

VERSIFICANDI.

In Satyra scriptum est, tum propter plurima, tū his

Perstat item si qua est uocali s dictio facta.

Exceptio.

O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat.

Antiquum est etiam decidere falcibus ramos.

S absorbē
dum.

Sæpe breuis totas præscindit Syncopa partes,

Syncopa.

Vt quoties raro duxti suspiria motu.

Demit & Apocope finem (sic pone negoci)

Apocope

Quæ Paragoge auget, sic quisquã fungier inquit.

Paragoge.

Ius habet in binas differre Diæresis unam.

Diæresis.

Vt solet, in cumulum iunxisse Synæresis ambas.

Synæresis

Sic nos aulaï, sic persoluenda notamus.

Ferreiq; Eumenidum thalami, furtumq; Promethæi,

Plurima præterea dij, cui, deinceps uelut addis

Semianimis, dehinc, deinde, uel huic ij, pinde leguntur.

Dicendum & qui sint ornando in carmine flores

De carni

Hic operæ est precium, uigiles huc uertite mentes

nis cultu.

Osthenij iuuenes, nec uos labor abstrahat ullus.

Continuò studio curisq; calentibus, acri

Optima quæq; animo, legere aut audire, grauesq;

Multū la
borandū.

Edidicisse libros, crebraq; indagine doctos

Eligere autores, scribentem carmen oportet.

Quicquid habent alij passim, Maro nouit, & artes

Calluit omnigenas, doctrinaq; acre iuuabat

Virtus pa
etica.

Ingenium, hinc illi tanta est in carmine uirtus,

Tantus honor, hinc est, quod uates altior omnes

Hic superat Latios, nomenq; ad sidera tollit.

Nec, quoniam munus uobis natura benignum

Non inge
nio conf-

Contulit ingenij, nimium confidite uobis,

DE ARTE

dendum. Excolite has vires, animumq; intendite rebus.
 Philoso = Quis molē hanc moueat, quis euntibus imperet astris
 phi. & stu = Quid fatum, quid sit casus, quo turbine præceps
 lendum. Mundus eat, quæ sit rebus natura creatis,
 Car. nē tē Discite per causas, hominumq; inquirete mores.
 pori con = Nam conforme suis multum scripsisse probatus
 forme. Temporibus carmen, uiuosq; effingere gestes.
 Quomo = Dum legitis, multum potius, quam multa legetis,
 do legen = Nec uos dicendi lateant genera, utq; peritus
 dum. Orator causas tractat, sic scribere uates,
 Orator et Sic solet eloquio mentes mulcere, sed illi
 poëta. Liberior uocum est usus, uos cogite uoces
 Inter se similes, nam res etiam ista iuuabit.
 Vocabu = Profuit & genus in speciem, aut contrā uariari,
 lorū usus Et saltem affini confundere nomina sensu,
 De epithe Adiectum tribuas proprium, sit lucidus omni
 tis. Duricie procul hinc sermo, sint omnia plana,
 Virtus Sint facili producta stylo, uenaq; fluenti.
 carminis. Non tamen, ut sensu careant, frustra q; legantur,
 Sed moueant animos, aliquemq; ferantur ad usum.
 Exornan Est etiam, ut studeas pictas miscere fabellas,
 dū carmē. Historiaq; simul, si quid locus exigit illud.
 Pulchræ Sæpe, ubi quid repetis in carmine, pulchrius exit.
 repetitio = Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
 nes in uer Ter pater exstructos disiecit fulmine montes.
 sibus. Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido,
 Attice crede mihi, militat omnis amans.

V E R S I F I C A N D I .

Multa super Priamo, rogatus super Hectore multa,
Illum & labentem Teucris, & risere natantem.

Meme adsum, qui feci, in me conuertite ferrum,

Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper.

Quodq; Maro dixit: Sequitur pulcherrimus Astur,

Astur equo fidens, Et in adiectiua resurgens.

Marsa manus, peligna cohors, festina uirum uis.

Et si quid simile his, uelut est Athamasq; Thoasq;

Vsq; adeo sensis similem decet esse loquelam,

Vt si quid durum est, duro procedat hiatu,

Concitet & gestum sermo, quid pulchrius illo?

Monstrum horrendum, informe, inges, cui lumè adèptum.

Pulchrum est: rura petat, hic Thuscum, atq; ille Sabinum

Transit & in carmen celebri translatio cultu.

Belle equidem dictum: classiq; immittit habenas.

Nauigio sulcat mare, ferrum armatq; ueneno.

Stat pro contento retinens, ut uina coronant,

Per Venerem luxus, per Bacchum intellige uinum.

Per Cererem fruges, inuentoremq; suarum,

Finge ipsas rerum non ista licentia tantum

Quinetiam decor est. Ornata Periphrasis omni

Laude nitet tibi, mille locis exempla petantur,

Non etiam incultum est, rapiunt incensa, feruntq;

Pergama uos celsis. Ita sermo patheticus ornat,

Transponunt etiam, quas iungere lege deceret,

Italiam contra dixit Maro, dixit & idem:

Transstra per & remos, septem subiecta Trioni.

Synthesis his propior: Iuuenes fortissima frustra

Adfectu
uerba se-
quuntur.

Metapho-
ra.

Continens
pro con-
tento.

Periphrasis.

Pulchra
dictionum
traiectio.
Synthesis

Parēthesis Pectora. Et in medio conclusa Parenthesis ornans
Allegoria Allegoria simul: pueri sat prata biberunt.
Ironia. Dissimulansq; in se quicquam Ironia relatum.
Adfecta- Quisquis ab his cultum queris, uersusq; colorem
eio fugien- Non excede modum nimia est uitiosa uerustas.
da. Quodq; satis pulchrum est, crebro uilescit ab usu.
 Cætera, quæ poterant istis superaddier, olim
 Vestrum aliquis per se quæret, mea cōmoda saltem
 Sit breuitas quicquam, uobis ne spernar ubiq;

Sinceriter citra pompam
 zelo uirtutis.

F I N I S.

Anno. M. D. XXXVIII.